

XXX
Lusus Grammaticus

de
Augmentorum & Terminationum

Græcarum

cum

Ebræorum

Præformitivis & Afformativis

Parallelismo,

(deficientibus typis græcis,)

in

Scholasticam

Genethliaci Virgiliani,

Apocatastasin invenientis,

PARODIAM

inopinata catastrophe

mutatus

26486



Qvo,
Jubentibus ita Legibus Scholasticis,
Reipublicæ Literariæ Cives,
quibus commodum fuerit ac libitum,
ad frequentandum
SOLEMNEM PUBLICI EXAMINIS ACTUM;
eoque finito,
ad

Orationem Inauguralem,

Collegiis Præstantissimis

SVENONE JOHANNE HEINTZE

et

AXELIO ROSENCRANTZ SEGELCHE

Ornandas spartas suscipientibus,

benigne audiendam,

ad dies et horas solitas

officiosissime

invitat

JANUS BOALTH,

S. R. M. a Consiliis Cancellariæ, & Rector

Scholæ Bergensis.

Grammatici certant, ut assolet, auspice prelo;

Sæpe operam negat hoc, Grammaticique silent.

Ludere grammaticè volui; sine iudice lusi,

Invito calamum deficiente typo.

Ajacis (a) nostro non litera nascitur horto,

Monticolasque fugit græca tenella typos.

Sors lusit; capsâque meâ Prolusio græca

Jam premitur, graphica et scribere capsâ negat;

Ac, quæ de Græcis Personis ludere vellem,

Afformativis (b) annumerare jubet.

Sic modo Grammaticus, sed protinus inde Poeta,

Jam tria, si fas sit, ludere verba velim.

(a) Ex Ajacis Telamonii sanguine nati flores inscripta habebant Græcorum Regum nomina. Ovid. Met. & Virg. Eclag.

(b) 3: iis, quæ tandem sequentur.

Pollio. Ecloga IV Virgil.

Sicilides Musæ, paulo majora canamus.

Non omnes arbuta juvant, humilesque myricæ,

Si canimus sylvas, sylvæ sint Consule dignæ.

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas:

5 Magnus ab integro seclorum nascitur ordo!

Jam redit et Virgo, redeunt Saturnia regna;

Jam nova progenies cælo demittitur alto.

Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum

Definet, ac toto surget gens aurea mundo,

10 Casta fave Lucina: tuus jam regnat Apollo.

Teque adeo decus hoc ævi, te consule inibit

Pollio; et incipient magni procedere menses.

Te duce, si quæ manent sceleris vestigia nostri,

Irrita perpetua solvent formidine terras.

15 Ille deum vitam accipiet, divisque videbit

Permistos heroas, et ipse videbitur illis;

Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.

Pollio

A 2

Parodia:

Parodia Scholastica.

Ast, ò BERGENSES MUSÆ, propiora canamus.
Paucos radicis græcæ mistura juvabit.
Si canimus ludos, sint ludi Antistite digni.
Optima Lycei jam scilicet imminet ætas:
5 Sanus ab integro nunc rerum noscitur ordo.
Jamque Thalia redit, latialia tempora regnant;
Progenies Phoebea situ quoque surgit ab alto.
Quin modo nascentur, quibus olim ferrea desit
Hui! rubigo; styli surget seges aurea mundi,
10 Dum cortina suos, et Musas fervat Apollo.
His adeo Musæ, duce TE, qui consulis illis,
Pollebunt; HILARES poterunt procedere mentes.
Ipfus, si qua patent etiam devia, nosti;
Hæc neque perpetua Musas formidine terrent;
15 Sed demum finem facient, lætusque videbit
Irrita jam Boreas (neque enim quisquam invidet illi)
Sacratuſque stabit ludus modo viribus orbis.

Pollio.

At tibi prima, puer, nullo munuscula cultu,
Errantes hederas pasim cum baccare tellus,
20 Mistaque ridenti colocasia fundet acantho.
Ipsæ lacte domum referent disdistanta capellæ
Ubera: nec magnos metuent armenta leones.
Ipsâ tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet et serpens, et fallax herba veneni
25 Occidet: Assyrium vulgo nascetur amomum.
At simul heroum laudes, et facta parentis
Jam legere, et quæ sit poteris cognoscere virtus;
Molli paulatim flavescet campus arista,
Incultisque rubens pendebit sentibus uva;
30 Et duræ quercus sudabunt roscida mella.
Pauca tamen suberunt priscae vestigia fraudis,
Quæ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ jubeant telluri infindere sulcos.
Alter erit cum Tiphys, et altera quæ vehat Argo
35 Delectos heroas: erunt etiam altera bella,

Paro-

†) Accipimus omen et bene verat! Virgilios forte spondet, dum singula,
sed latina tantum, elementa in unum versum aliud agens spargit cala-
mus. Ludentem dicere verum quid verat?

Parodia.

En tibi prima novo mittit jam munera vultu
Parva, interqve tuas hederæ serpentina baccas,
20 Missaqve jucundo quasi basia fundit amanti.
Jam referunt Sophiæ nutriti lacte puelli
PECTORA; MÆONIDÆ HEIC ALIQVANDO FORSIT AGEBUNT.†)
Si qua negat blandos defisso cortice flores;
Plantula, servanda est; arentis gramen agelli
25 Illicet assiduo ludi revirescet amore.
At cum MAGNORUM 3) poterunt mandata PARENTUM
Forte seqvi, et legum quæ sit cognoscere virtus,
Post aliquot venam sic Aurèi MONTIS aristas,
Miratiqve manus, MITRIS cultricibus, almas,
30 Mellaqve tam FAUSTIS forantia CORTICE STELLIS; 3)
Plurima tandem aderunt prisca vestigia laudis;
Vatibus hæc Themidos muros et cingere Mystis,
Hosqve ad Majorum jubeant modo fingere vultus.
Alter 4) ACHATES 5) erit, tum quæ vehat altera Classis
35 MITRATOS Heroas; 6) erit facies nova bella;

Pollio.

3) Innuitur QVINQVEVIRATUS Legibus Scholasticis constituendis. 4) Nomen
est gemmæ pretiosissimæ, seu Aedel STEENS: 5) Systole.

6) Sed heic - - linea jungit amicos, ut - - junxit Classis eisdem 1740.

Pollio.

Atque iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles.
Hinc ubi jam firmata virum te fecerit ætas,
Cedet et ipse mari vector, nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.

40 Non rastros patietur humus, non vinea falcem:
Robustus quoque jam tauris juga solvet arator.
Nec varios discet mentiri lana colores:

Ipsæ sed in pratis aries jam sive rubenti

Murice, jam croceo mutabit vellera luto.

45 Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.

Talia sacra suis dixerunt currite fufis

Concordes stabili fatorum numine Parcæ.

Aggredere ô magnos (aderit jam tempus) hondres,

Cara deum soboles, magnum Jovis incrementum.

50 Aspice convexo nutantem pondere mundum

Terrasque, tractusque maris coelumque profundum:

Pollio

Parodia.

Parodia.

- N**empe iterum ad Biorgvin mittetur **GEFLIUS** ille;
QVO **PUBEM** firmata virum mox reddet et ætas.
Atque hæc procedens victrix bona femina sinu
Concipiet veluti, quæ nunc feret omnia, tellus.
- 40 Non patietur adliuc alienam vinea falcem:
Vota suo Phoebæ Musarum solvet amator,
Nec varios discet mentiri, ut inane, colores.
Sub fene grex ludet pratis operata lubenti:
Non aries læsus siccabit vellera: puro
- 45 Castalidum cernet sed fonte lavarier agnos.
Talia sacra proin nostris o! currere Musis
Unanimes finite et firmate hæc omina Paræ,
EXHILARARE igitur, dignos et perface mores
Cara auro Soboles, nostri decus incrementi.
- 50 At vide, ne vexent mutatum devia cursum
Per tetra, per varios et tractus inque profundum.

Parodia

Pollio.

Nonne totum est huius in mentem datus ille?

Aspice, venturo latentur ut omnia factio.

O mihi tam longe maneat pars ultima vitae,
Spiritus et, quantum sat erit tua dicere facta.

55 Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamvis, atque huic pater adfit:

Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.

Pan deus, Arcadiâ mecum si iudice certet;

Pan, etiam Arcadiâ dicat se iudice victum.

60 Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem:

Matri longa decem tulerunt fastidia menses.

Incipe, parve puer: cui non risere parentes,

Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Forrens, per vultus et magis iugis gestandam
Et alio, ne vocare nesciamus deus carum

Pollio



Parodi

Parodia.

Adspice quam læto veniant nunc omina cœlo.
O mihi si liceat, protracto tempore vitæ,
Olim condignè tam prospera dicere fata;
Non vincet cantûs Hæmi LUX ORPHEUS alti,
Nec TU LINE: tibi quamvis tua splendida MAJA, 7)
Orphæo HERMIONE, 8) vel et afforet EJUS Apollo.
Si quis et Arcadiâ tum mecum pignore certet,
Mille vel Arcadias ego tecum, Spes mea, vincam.
Incipe, parvule grex, risu cognoscere PATREM;
Huic nam nulla creent HILARES fastidia mentes.
Incipe; plura dabit nutus risusve PARENTIS,
Quam si vel mensâ et divæ decorere cubili.



7) Vulgo Maj-Dag. 8) HARMONIA V. MUSICA VOCALIS, denuo edita 1775.

Parodia.

Adspice quam lato veniant nunc omina cælo.
O mihi si liceat, protracto tempore vitæ,
Olim condignè tam prospera dicere fata;
Non vincet cantûs Hæmi LUX ORPHEUS alti,
Nec TU LINE: tibi quamvis tua splendida MAJA, 7)
Orpheo HERMIONE, 8) vel et afforet EJUS Apollo.
Si quis et Arcadiâ tum mecum pignore certet,
Mille vel Arcadias ego tecum, Spes mea, vincam.
Incipe, parvule grex, risu cognoscere PATREM;
Olli nulla creent HILARES fastidia mentes.
Incipe; plura dabit nutus risusve PARENTIS,
Quam si vel mensâ et divæ decorere cubili.



7) Vulgo Maj-Dog. 8) HARMONIA V. MUSICA VOCALIS, denuo edita 1775.